

Silvano qq.<sup>5</sup>, verva fa[c]ta<sup>6</sup> sunt de cooptan[do] patrono Fl. Sucesso hornat[o] et explendido (sic) viro, quod t[ant]a fam[iliaritate] et [indu]stri[a] sua singulos u[ni]versos[que] tueatur et fobeat: pla[cet] igitur huic tabula[m] | aere incisum (sic) per viros [p]ri[n]cipales | offerri et aput [p]enates domus | huius dedicari. Censuerunt.

*Neapoli, incertum ubi reperta (fortasse Genusiae, cf. not. 4), tabula aenea (IX 259 vidit Mommsen, cf. Huebner ex. scr. epigr. n. 887). — 1) Cf. N. 6114. — 2) A. 395. — 3) Sextum. — 4) Genusia oppidum Apuliae, C. I. L. IX p. 27. — 5) Quinquennialibus. — 6) FAOTA est in aere neglegenter scripto, et similiter deinceps.*

**6116** A (signum Christi) Ω | Fl. Hygino v. c., comiti | et praesidi p. M. C.<sup>1</sup>, | ob merita iustitiae | eius tabulam patro[natus] post decursam | administrationem | ordo Tipasensium | optulit.

*Cordubae, tabula aenea rep. a. 1672 (II 2210 bis ut videtur descripta). — 1) Provinciae Mauretaniae Caesariensis.*

**6117** (monogramma Christi) | Cl. Lupicino<sup>1</sup> v. c., | consulari | Maxime Senonie<sup>2</sup>, | ob industria merita | civitas Senonum<sup>3</sup> | patrono suo dedicavit.

**6117<sup>a</sup>** (monogramma Christi) | Cl.<sup>4</sup> v. c., consulari Maxime | Senonie, Autissiodu[rensium] civitas.<sup>5</sup> |

Tantis pro meritis felix | provincia per t[e]<sup>6</sup> |  
que tribuit tabulas | statuas decernere vellet.

**6117<sup>b</sup>** (monogramma Christi) |  
pectora si resacet scrutans | Aurelianorum<sup>7</sup> |  
hoc opus (vacat)<sup>8</sup>.

*Inter Burdigalam et Aginam (Agen) rep. in ruderibus villae antiquae, prope vicum Monséjour, tabulae aeneae tres in fastigium triangulare superne finientes (XIII 921 vidit Hirschfeld; cf. Huebner ex. scr. epigr. 886). Buecheler carm. epigr. n. 529. — 1) Lupicinus hic diversus a Lupicino magistro militum inde ab a. 559 (Amm. Marcell. 18, 1, 7 cet.), consule ord. a. 367, illustris dignitatis viro. — 2) Provincia Senonia, memorata in Polemii Silvii laterculo (Momms. chron. min. I p. 358) et in Notitia Galliarum (ib. p. 587) et in Notitia dignitatum, videtur instituta esse a Magno Maximo (cf. supra N. 787). — 3) Agedincum, hodie Sens (cf. C. I. L. XIII, 1 p. 445). — 4) Lupicini nomen omissum videtur. — 5) Autessiodorum, hodie Auxerre; cf. supra N. 5837. — 6) ti aes. — 7) Civitas Aurelianorum, antea Cenabum, hodie Orléans; cf. C. I. L. XIII, 1 p. 472<sup>b</sup>. — 8) Cf. Buecheler l. c.*

*Omsi aera nonnulla minora vel fracta: V 5127, 5912; VI 29682, 51693; IX 2464; XI 844 (= Huebner ex. scr. epigr. 864); VIII 69 (= Huebner n. 874); Eph. ep. 8, 227 (X 4719 non huc pertinet). — Similia monumenta patronatus collegiorum dabimus infra cap. XV.*

**6118** tessera pagi | Minervi. | M. Grattius | M. f. Pap. | mag. pagi |  
d. s. p. d.

*Hippone Diarrhyto (Bizerte) rep. intra vas aeneum, tabula aenea ansata, apta ad appendendum (Villefosse comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1893 p. 320 cum imagine).*